



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

6. Illius vices, &c. Excommunicatio & Interdictum contra Ludovicum Galliæ
Regem excommunicatu, si defecerit in solutionibus Regi Angliæ promissis:
anno 1500.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

Jesu Christi, & de Avis militiarum maxima cum instantia & sepienumero nobis fuit humiliter supplatum, ut in præmissis oportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui animarum periculis ac scandalis & diffensionibus, ne eveniant, quantum cum Deo possumus, libenter obviamus, attendentes, quod Dominus noster Jesus Christus beato Petro Apostolo, cuius vices, meritis licet imparibus, tenemus in terris, nunquam tantam tribuissimus potestatem, ut diceretur: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celis, & quodcumque solveris super terram, erit ligatum in celis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum in celis; Nisi ipsum Petrum & ejus Successores ea potestate aliquando uti portore indicasset, ex præmissis, & ex aliis nobis expositis causis, facta etiam super hoc, per Venerabilem Fratrem nostrum Georgium Episcopum Albanensem Cardinalem Ulixponensem nuncupatum, de ipso Portugallia regno oriundum, in Sacra Theologia peritissimum, ac in magnis & arduis rebus longa experientia comprobatum, vita exemplaris & morum honestate decorum, aliisque virtutum donis, quæ in eo divina propagavit clementia, multipliciter insignitum, afferentem, se de hoc plurimum informatum esse, ac ita in regnis predictis omnino expedire, idque etiam dudum ante cum felicis recordationis Sexto V. &c. Innocentio VIII, Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, dum in humanis agebant, conclusisse, qui morte præventi ad finalem expeditionem devenire nequiverunt; Nos relatione fidelis hujusmodi & instantissimis supplicationibus inclinati, & rationibus, in dictis Jesu Christi, & de Avis militii profiteri volentes solitam & quadam continentiam votum matrimonialem, prout milites militie Sancti Jacobi de Spatha hujusmodi emittunt professionem, emittere debant, & ad eorum instar matrimonium alias tamen ritè contrahere, & in eo postquam contractum fuerit, remanere liberè & licite possint; Auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, ac Apostolicæ Potestatis plenitudine tenore præsentium statuimus pariter & ordinamus, ac cum eis hoc dispensamus, prolem ex hujusmodi matrimonii suscipiendam legitiman pronuntiantes; firmis tamen in reliquis institutis dictarum Jesu Christi & de Avis militiarum omnino remanentibus, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis & consuetudinibus, stabilimenti, usibus & naturis earundem Jesu Christi & de Avis militiarum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae MCCCCXCVI. XII. Kal. Julii, Pontificatus nostri anno IV.

V.
Ex Cod.
Diplom.
Leibnitii
Tom. I.
Part. I.
pag. 476.

Confirmatio Militiae S. Michaelis à Rege Gallia instituta: anno 1496.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro parte Charissimi in Christo Filii nostri Caroli Francorum Regis illustris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim claræ memorie Ludovicus etiam earundem Francorum Rex ejusdem Caroli Regis genitor, tunc in humanis agens, singulariæ devotionis fervore accensus, cupiens proutiuere & defensione Fidei Catholice, ac regni sui, totiusque Reipublicæ Christianæ, in honorem Sancti Michaelis Arcangeli certam militiam, seu auratam Societatem in sincera & cara fraternitate & unione mutua se perpetuo habituram, quæ regalis ordo in posterum nuncuparetur, instituere, triginta sex milites seu auratos, quorum ipse seu Successores sui Francorum Reges essent Caput, haberentque superioritatem, congregavit, seu con-

gregari voluit, indexque pro conservatione, & manucentione Societatis, fratermatis & unionis prædictarum certa statuta nonnullasque ordinaciones & consuetudines perpetuò duraturas, & deinde pro augmentatione & magnificentia dictæ militie regalis votum emisit solemne, æternæ, increatae, immensa, summæ, omnipotenti, & gloriofissimæ, ac individuae Trinitati Deo Patri, Deo Filio, Deo Spiritui Sancto, de erigendo, seu erigi faciendo per Romanum Pontificem pro tempore existentem, Sedemque Apostolicam ad honorem ipsius Trinitatis, intemeratae Virginis Mariae, ipsius humani generis Redemptori pia Matris; dicti S. Michaelis, totiusque Curia Cœlestis in Capella ejusdem S. Michaelis sita in Palatio Regalis Parisiensis, in quo Parlamentum teneri consuevit in inferiori parte, & fitam propre portam introitus ipsius Palati unum Collegium Viatorum Ecclesiasticorum Sacerdotiorum, qui inibi Divinum Officium horis congruis & competentibus diurnis pariter & nocturnis decantare, pariterque celebrare deberent &c. Constituit Alexander Leges in divino cultu peragendo in ea Sacra Aedicula obserandas, ac Sacerdotum munera distinguunt, nec non prærogativis illustrat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum MCCCCXCVI. Idibus Novemboris, Pontificatus nostri anno V.

Excommunicatio & Interdictum contrâ Ludovicum Gallie Regem communicatum, si defecerit in solutionibus Regi Anglie præmissis; anno 1500.

VI.
Ex Arch.
Ang. Ri-
mer. Tom.
12. pag.
762.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Ad futuram rei memoriam.

Ilius vices licet immeriti gerentes in Terris, cuius in pace locus factus est, ad ea vigilante Curas libenter convertimus, per quæ inter Catholicos Reges ac Principes Pacis Fœderis converventur, & Populi sibi subjecti in pulchritudine Pacis fœdeant & Fiducia Tabernaculis inhabitent, & ea quæ pro hujusmodi Pace conservanda per eosdem Reges provide gesta & inita compemimus, libenter, cum à nobis petitur, Apostolico munimine roboramus.

Sanè pro parte charissimi in Christo Filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi nobis nuper exhibita petitio continebat, quod. Cum olim, clarae memorie Carolus, tunc earundem Francorum Rex, præfati Ludovici Regis immediatus Prædeceps, dum in humanis ageret, cum Charissimo in Christo Filio nostro Henrico Angliae Rege illustri pacem & concordiam sub certis modo & forma iniens, pro adimplemento ac observatione quarundam obligationum, in quibus Charissima in Christo Filia nostra Anna Francorum Regina, & etiam tunc Britanniae Duxissa, pro Stipendiis armatorum, qui eidem Annae ante contractum inter eam & præfatum Carolum Regem matrimonium ex parte dicti Henrici Regis succursum præbuerant, præfato Henrico Regi obligabantur, & etiam pro Arreragijs certorum debitorum inter recolendæ memorie Ludovicum etiam Francorum, & Eduardum Angliae Reges, dum viverent, in Trastatu de Picquigni contractorum, ac ex certis aliis causis in summa septingentiarum, & quadraginta quinque milium Coronarum Auri eidem Henrico Regi, ac suis extunc imposteriorum Successoribus in certis tunc expressis Loco & Terminis, annuatim persolvenda, se obligasset, & extunc solutionem dictæ Summae facere incepisset. Prefatus Ludovicus Rex modernus, eodem Carolo Rege, sicut Domino placuit, ab hac luce subtraacto, ad Faftigium Regiæ Celsitudinis immediate assumptus, obligationem ipsam bona fide agnoscens, sub penis obligationis formæ Cameræ Apostolicæ, & alias se & Hæredes suos Regnum, Patrias, & Dominia ac Bona sua tunc

præsen-

presentia & futura, nec non singulos subditos suos & eorum Bona obligando, promisit promissa per dictum Carolum Regem observare, & residuum dictae summae persolvere, & confirmationem Promissionis & Obligationis hujusmodi infra certum tunc expressum tempus à Sede Apostolica & Nobis impetrare & obtinere, appositis poenis interdicti in Regnum, Patrias & Dominum sua antedicta, atque Excommunicationis in personam suam, si & quatenus promissi per eum, minimè adimplerentur, prout in quibusdam litteris Patentibus ipsius Ludovici Regis defupit confessis, quas diligenter inspici & omisimus characteribus & signis, de verbo ad verbum presentibus inferi fecimus, plenius continetur.

Quare pro parte praefati Ludovici Regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut promissioni & obligationi praeditis pro illorum subsistencia firmiori, Robur Apostolicae Confirmationis adjicere, aliasque in præmissis oportuni providere, de Benignitate Apostolica dignaremur,

Nos igitur, qui inter cunctos Christi fideles, praesertim Catholicos Reges & Principes, pacis amicitatem vigere & augeri, nostraris potissimum temporibus supremis desideramus affectibus, quique tempus, infra quod praesens Confirmationi obtineri debebat, causa matuoris procedendi, haec tenus prorogavimus, hujusmodi supplicationibus inclinati, obligationem & promissionem praeditis, ac prout illas concernunt omnia & singula in dictis patentibus litteris contenta & inde secuta quæcumque praefata, tenore presentium approbamus & confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus.

Mandantes illas juxta dictarum litterarum paten-tium continentiam & tenorem, sub Excommunicationis late sententiæ pena, firmiter observari, quam si idem Ludovicus Rex contraferret, eo ipso incurrisse noscatur, ac decernentes, praesentes litteras ad probandum plenè prorogationem praeditam ubique sufficere, nec ad id probationis alterius ad-miniculum requiri, iritum quoque & inane quid secus his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingit attentari.

Et nihilominus, si contingat praesatum Ludovicum Regem ejusque Hæredes aut Successores Promissioni & Obligationi praefatis contravenire.

Nos ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc Regnum, Patrias, & Dominia sua praedita Ecclesiastico supponimus interdicto, tamdiu firmiter observando, donec de Debitis fuerit eidem Henrico Regi ejusque Hæredibus & Successoribus juxta dictarum Patentium Litterarum Seriem & Tenorem, realiter & cum effectu integrè satisfactum; non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariais quibuscumque.

Tenor vero Litterarum Ludovici Regis hujusmodi sequitur, & est talis:

LUDOVICUS Dei gratia, Francorum Rex universis & singulis praesentes litteras inspecturus, Salutem.

Cum dudum clare memoriae, Charissimus Dominus Frater & Praedecessor noster Rex Carolus, quem Dominus absolvat, volens adimplere, & executioni debite mandari ea, quæ promissa & conclusi fuerant per Tractatum Pacis, & amicitiarum inter certos Ambasadores & Commissarios Charissimi Fratris & Consanguinei nostri Henrici Angliae Regis parte ex altera, apud Stapulas proprie-mate factum & conclusum in hac forma; videliter.

Quod pro aquietamento & redemptione obligationum, quas ipse Consanguineus noster habebat & tenebat de charissima ac dilectissima Consanguineis nostra Anna de Britannia tunc Conforte, nunc vero relata dicti Fratris nostri Regis Caroli, ante matrimonium inter eas contractarum, quibus obligationibus dicta Consanguinea nostra promis-erat solvere, & restituere eidem Regi Angliae & suis Hæredibus omnes & singulas expensas, ac pecuniarum summas, quas ipse Rex Angliae exposuerat,

& exinde expositurus esset pro stipendiis amatorum, & alii oneribus & sumptibus factis & fiendis pro Exercitibus Succursu & Subsidio per dictum Fratrem nostrum Angliae Regem diversis vicibus antedictæ Conforti suæ subdiuis de Britannia tunc suam partem tenentibus misis, & traditis, & etiam pro acquietamento seu redemptione obligationum, quas defunctus Eduardus Rex Angliae haberet per tractatum de Picquigny à quodam Ludovico Rege Progenitore dicti Fratris noster Regis Caroli, etiam Praedecessore nostro, & pro Arreragijs quinque terminorum ad summam centrum & viginti quinque millium Coronarum Auri ascendentium, ipse Frater noster Rex Carolus sive Haeredes solverent, aut solvi facerent dicto Charissimo Fratri & Consanguineo nostro Henrico Regi Angliae & ejus Hæredibus septingenta & quadraginta quinque milia Coronarum Auri, unaquaque corona valente triginta quinque Solidos Turonenses, in terminis, modo & forma in litteris dictorum suorum Ambasicatorum latius contentis, & expressis, per suas patentes litteras manu sua signatas, Dat. Ambassia tercia decima mensis Decembri Anno Domini millesimo quadragecentesimo nonagesimo secundo, & regni sui decimo confus fuerit & declaraverit, seque & Hæredes suos obligaverit, ac pro se & eisdem suis Hæredibus confenserit, & promiserit solvere, & de-liberare, seu solvi & deliberari facere dicto Charissimo Fratri, & Consanguineo nostro Henrico Regi Angliae, & ejus Hæredibus seu ipsius aut ipsorum Deputato, aut Deputatis dictam summam septingentarum & quadraginta quinque millium Coronarum Auri prædicti valoris monetæ, in Regno Francie, tunc cursum habentis, sub modo & forma sequentibus; videlicet.

In villa Calesia, die primo mensis Maij tunc proxime futuro, viginti quinque milia Francorum in Coronis Auri valoris supradicti, uno quoque Franco valente viginti Solidos Turonenses.

Et primo die mensis Novembri ex tunc etiam proxime sequenti viginti quinque milia Francorum in Coronis Auri valoris antedicti in Villa Calesia. Et sic, de anno in annum & de termino in terminum, ipse Dominus & Frater Rex Carolus, & sui Hæredes solverent, & deliberarent, solvive, & de-liberari facerent dicto Consanguineo nostro Charissimo Regi Angliae & ejus Hæredibus, aut ejus seu eorum Deputato seu Deputatis loco & terminis praeditis, donec & quoque dicta summa septingentarum & quadraginta quinque millium Coronarum Auri plenè & integrè soluta & contentata foret, prout in dictis litteris suis plenius continetur.

Et deinde dictus Dominus & Frater noster Rex Carolus, ad executionem præmissorum supradictorum ritè procedens, solvi & deliberari fecerit annuatim praedito Fratri & Consanguineo nostro Regi Angliae, seu Deputatis ab eo summam quadraginta millium Francorum in Coronis Auri valoris antedicti, ac in terminis & locis, ut supra præfixis, prout per Quietias, & Recognitiones desuper habitat latius appetat.

Notum facimus, quod Nos, qui post obitum dicti Domini & Fratris Praedecessoris noster Caroli Regis ad Regnum & Coronam Francie hæreditaria Successione venimus, cupientes tanquam Hæres suis debitibus suis satisfacere, promislaque per eum, ut praedicitur, ad unguem compiere, ob causas antedictas, & alias considerationes, in hac parte nos moventes. Deductis prius, & defalcatis de praedita summa septingentarum, & quadraginta quinque millium Coronarum Auri, omnibus & singulis summis & solutionibus per eundem Fratrem & Praedecessorem nostrum Regem Carolum antedicti Fratris & Consanguineo nostro Charissimo Regi Angliae, seu ejus Deputatis quolibet anno factis & solutis, de quibus constat, ut praedicitur.

Confitemur & declaramus, Nosque, & Hæredes nostros per has praesentes nomine nostro subsignatas obligamus, & pro nobis, & dictis nostris

ANNO 6
1500.

ALEXANDER SEXTUS.

Hæredibus consentimus & promittimus persolvere, & deliberare, seu persolvi & deliberari facere charissimo Frati & Confanguineo nostro predicto Henrico, Regi Angliae, & ejus Hæredibus, seu ipsius aut iplorum Deputato aut Deputatis, totum Residuum, & res tam dictæ summa septingentiarum, & quadraginta quinque millium Coronarum, unaquaque Corona valoris triginta quinque solidorum Turonensem monetæ, nunc in Regno nostro cursum habentis, secundum quod inter prefatos Fratres nostros conventum fuit, ipsumque Residuum dictæ summa septingentiarum & quadraginta quinque millium Coronarum Auri.

Nos & Hæredes nostri solvemus & deliberabimus, solvive & deliberari faciemus, eidem Angliae Regi, & ejus Hæredibus, aut ejus, seu eorum Deputato, seu Deputatis in Villa Calesia, die primo mensis Novembri proximè futuro, viginti millia Francorum in Coronis Auri, valoris supradicti, unoquoque Franco valente viginti solidos Turonenses, & primo die mensis Maji ex tunc proxime sequenti viginti quinque millia Francorum in Coronis Auri, valoris supradicti, in villa Calesia, & sic de anno in annum, & de termino in terminum, Nos & Hæredes Nostri solvemus & deliberabimus, solvive & deliberari faciemus dicto Confanguineo Nostro, & ejus Hæredibus, aut ejus, seu eorum Deputato, vel Deputatis, loco & terminis predictis, donec & quoque dicta summa septingentiarum & quadraginta quinque millium Coronarum Auri aestimationis predictæ, per Nos & Hæredes Nostros, prefato Regi Angliae & Hæredibus suis, ut praedictum est, plenè & integrè soluta & contentata fuerit.

Ad quam quidem solutionem fideliter & firmiter, sicut præmittitur, faciendam promittimus, astrenimus, & obligamus bona fide, & in Verbo Regio Nos & Hæredes Nostros Regnum, Patrias, & Dominia & Bona nostra præsentia & futura, singulos subditos nostros, ac eorum bona ubique reperita fuerint. Renunciantes in hac parte omni Privilio, Cautela, Juris Beneficio, Exemptione non numeratae pecuniae, & aliis Exceptionibus arque Defensionibus quibuscumque. Et ad omnium & singulorum præmissorum securiorem observantiam obligamus Nos, sub penitio Cameræ Apostolicae & per obligationem de nisi.

Et ultra, ac circa præmissa Rescriptum Apostolicum sigillo plumbœ munitus, sumptu & expensis Nostris impetrabimus & obtinebimus, ipsique Serenissimo Regi Angliae, vel ejus Hæredibus, infra decem & octo menses, datam præsentium proximè sequentes, deliberabimus deliberarie realiter faciemus, quo omnia & singula Præmissa Sedis Apostolicae confirmabuntur auctoritate, appositis penitentiis interdicti in Regnum, Patrias, & Dominia nostra antedicta, arque excommunicationis in Personam nostram, si & quatenus omnia & singula præmissa, quantum nos concernunt, ut præfertur, minimè conservaverimus & impleverimus. In quorum omnium & singulorum Premissorum Fidem & Testimonium his presentibus Litteris nostris patentibus, manu nostra subscriptis, Sigillum nostrum magnum fecimus apponi, Datum Parisii die decima quarta mensis Julii, Anno Domini millesimo quadragesimo nonagesimo octavo, & Regni Nostri primo.

Per Regem, Dominis Cardinalibus Gurcie, ac Remensi Duce de Nemours, nobis Archiepiscopis Rothomagensi, & Bituricensi Comite de Linei, Episcopis Parisiensi & Tricensi, Dominis de Guise, Marecallo Franciae, & aliis præsentibus,

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ Approbationis, Confirmationis, Communionis, Mandati, Decreti & Suppositionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptaret presumperit, Indignationis Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ

apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo, Pridie Id. Junii, Pontificatus Nostri anno octavo.

ANNO
1504.

JULIUS SECUNDUS.
PONTIFEX CCXX.
ANNO DOMINI MDIII.

Julius ex Familia Roverea Sixti Quarti, ex Fratre Nepos: anno 1503. Pontifex renunciatur. Primus contrà Prædecessorum confuetudinem barbam alere cœpit, quā majorem sibi reverentiam conciliaret. Vir excelsi animi, cui quum Claves Petri non essent satis, Pauli gladio usus est ad Ecclesiasticam ditionem afferendam; novem annis Pontificatum tenuit. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. App. fol. 464.*)

I.
Ex Arch.
Ang. Ri-
mer. Tom.
13.

Contrà abutentes Immunitatibus Ecclesiarum in Regno Angliae, anno 1504.

JULIUS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriā.

Romanum decet Pontificem taliter providere, quod immunitates, quæ Ecclesiis ob Reverentiam Divini Nominis, & ad Praesidium Innocentium provida moderatione concessæ fuerunt, malis ad pejora perpetranda audaciam non præbeant, sed illas taliter moderari, quod exindè & Ecclesiis Privilegia conferventur, & delinquentium effrenata temeritas compescatur. Sanè sicut accepimus in Regno Angliae sacerdotio numero contingit, quod rei, vel suspecti Criminis Læsæ Majestatis, Homicidæ voluntarii, publici Latrones, ac Itinerum, & publicarum viarum Effraetores, & Infiditores, ad Loca Ecclesiastica, tam secularia, quā regulari configunt, confidentes, indè se propter Immunitatem Ecclesiæ concessam extrahi non posse; ac etiam postquam in locis predictis sunt constituti, de novo etiam prædicta crima, ac alia similia, vel pejora committere non verentur, indè exeunt, & deinde pro eorum defensione, ne capiantur, ad dicta loca, vel alia quæcumque immunitate gaudentia se retrahentes.

Nos igitur in præmissis debitè providere volentes, Auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps, quoties contigerit in dicto Regno hujusmodi Criminis Læsæ Majestatis Reos, vel suspectos ad dicta loca etiam quovis exemptionis Privilegio munita configere, quamvis de crimibus hujusmodi, aut eorum aliquo convicti non fuerint, custodes ad custodiendum illos in dictis locis, ne indè aufugiant, depurari debeant, & si dicti Criminis Læsæ Majestatis, Rei vel Suspecti, aut Homicidæ, Latrones, vel Itinerum, & publicarum viarum Effraetores seu Infiditores, in dictis locis moram trahentes, vel indè exeunt, de novo prædicta crima, vel eorum aliqua, aut deteriora, vel alia similia committere præsumperint, vel indè recedentes ad prædicta, vel alia quæcumque loca etiam quacunque immunitate gaudentia configuerint, ab illis lici è extrahi, & Jutitia committi possint.

Non obitantibus præmissis, ac bona memoriae Ottonis, & Ottoboni olim in dicto Regno Apostolicae Sedis Legatorum, in Provincialibus quoque, & Synodalibus Concilis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Statutis, Confuetudinibus Ecclesiarum, & locorum prædictorum, & etiam Ordinum quorum illa fuerint, nec non ejusdem Regni Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis Privilegiis, quoque Indultis, ac Litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, etiam sub

quibus-